

Johannes Mercurius Morsheimer.

Von

F. W. E. Roth.

Johannes Mercurius Morsheimer war zu Worms a. Rh. zu unbestimmter Zeit geboren. Sein Familienname war jedenfalls Krämer latinisiert Mercurius, die Familie nahm von ihrer Herkunft aus dem Dorf Morsheim bei Bolanden oder bei Landau den Namen Morsheimer an. Mercurius selbst ward noch als aus Morsheim stammend aber zu Worms geboren in die Heidelberger Matrikel eingetragen. Ob er mit der Familie Morsheimer zu Speier im 16. Jahrhundert oder mit den Wormser Morsheimer¹⁾ zusammenhängt, steht dahin. Morsheimer wurde als „Johann Mercurius a Morschum Wormaciensis“ am 22. November 1535 in Heidelberg immatrikuliert.²⁾ Nebstdem nennt er den Philipp Melanchthon seinen Lehrer³⁾, hatte denselben mithin zu Tübingen oder Wittenberg gehört. Er war Protestant. Nach vollendeten Studien liess er sich zu Heidelberg nieder und leitete eine kleine Privatschule, in welcher er Zöglinge in Kost und Unterricht hatte und denselben die alten Sprachen nebst anderen Gymnasialfächern als Vorbereitung für die Hochschule beibrachte. Diese Schule leitete Morsheimer bereits 1546, da er 1556 angiebt, er habe vor etwa zehn Jahren drei Söhne des Johann Melchior von Morsheim unterrichtet. Im Jahre 1556 hatte er den jüngeren Sohn Joannes Friedrich des genannten Johann Melchior von Morsheim⁴⁾ zum Unterricht bei

¹⁾ Boos, Quellen zur Geschichte der Stadt Worms II, 271 7; 175 33; III, 383, 404, 429, 460, 546, 551, 596, 609 u. 512. — ²⁾ Toepke, Heidelberger Matrikel I, S. 561. — ³⁾ Anlage. Signatur A5 Rückseite. — ⁴⁾ Über diesen Melchior von Morsheim vgl. Schannat, Hist. episc. Wormat. I, 282—283.

sich.¹⁾ Sein Schüler war auch der bekannte Johann Posthius aus Germersheim a. Rh., welcher am 1. Mai 1554 zu Heidelberg in das Album der Hochschule eingeschrieben ward.²⁾ Morsheimer stand im Jahr 1556 zu Georg dem Jüngeren, Sohn des Grafen Eberhard von Erbach und dessen Lehrer Nicolaus Deu in näheren Beziehungen.³⁾ Diesem Grafen Georg von Erbach widmete er auch seine rudimenta grammatices.⁴⁾

Als Jacob Curio 1556 Professor der Medicin an der Heidelberger Hochschule ward⁵⁾, bekam Morsheimer die Professorenstelle der Mathematik.⁶⁾ Seine Privatschule behielt er bei und leitete solche noch 1560. Der Rückgang der mit dem Heidelberger Pädagog verbundenen Neckarschule machte die Privatschule Morsheimers wie noch mehrere ähnliche Anstalten zu Heidelberg lebenskräftig, so dass diese Schulen durch Unterricht und Unterhalt der Schüler eine ganz ansehnliche Einnahmequelle geboten haben dürften.⁷⁾ Als am 19. Oktober 1560 M. Friedrich Zorn der verdiente Wormser Chronist und der genannte M. Johannes Posthius als Lehrer des neu organisierten Heidelberger Pädagogs angestellt wurden, erklärten sie, gegen vierzig Schüler seien bei M. Johann Mercurius im Unterricht, welche sogleich in das Pädagog eintreten könnten.⁸⁾ Durch den Aufschwung des Pädagogs verlor Morsheimers Privatschule ihre Lebensfähigkeit und ging wohl ganz ein. Ums Jahr 1562 scheint in Folge hiervon Morsheimer aus Heidelberg weggezogen zu sein.⁹⁾ Wohin er sich wendete und welche Lebensschicksale er noch hatte, ist so wenig als die Zeit seines Todes bekannt. Morsheimer ist eine vergessene Persönlichkeit. In den Geschichtswerken über Pädagogik fehlt sein Name gänzlich, auch die allgemeine deutsche Biographie übersah denselben. Morsheimers Auftreten ist jedoch für die Geschichte der Methodik des lateinischen Unterrichts interessant. Er verfasste eine seiner Zeit hochgeachtete lateinische Grammatik, die ihren

¹⁾ Anlage. Signatur A7 Vorseite. — ²⁾ Über Johann Posth vgl. Allg. d. Biographie XXVI, 473. — ³⁾ Anlage. — ⁴⁾ Ebenda. — ⁵⁾ Jacobus Curio geboren 1498, Rektor der Mainzer Hochschule 1545, ging 1553 nach Heidelberg, er starb 1. Juli 1572 begraben zu Heidelberg. Vgl. über ihn Knodt, Moguntia literaria S. 19. — ⁶⁾ Becker, Beiträge z. Gesch. der Stadt Worms S. 88. — ⁷⁾ Becker a. a. O. S. 87. — ⁸⁾ Ebenda S. 87 bis 88. — ⁹⁾ Ebenda S. 88, Anm. *.

Vorläufern gegenüber die originelle Einrichtung besitzt, die lateinische Sprache nicht in gleicher Sprache, sondern deutsch den Schülern zu lehren. Hierdurch brach er mit der alten Tradition des Donatus und des Melancthon und bahnte eine Richtung an, welche seitdem vorherrschend ward. Weitläufig spricht sich Morsheimer über seine Neuerung in der Widmung der rudimenta aus, wesshalb diese Widmung im Auszug bei der Seltenheit des Drucks in der Anlage wieder abgedruckt ist. Aus gleichem Grunde füge ich eine genaue Beschreibung des Buchs bei. Der Schulmann Jacobus Micyllus zu Frankfurt a. M. besang diese Grammatik in Versen, welche auf dem Titel der Ausgabe 1556 abgedruckt sind.¹⁾ Der dankbare Posthius widmete aus Pietät gegen seinen Lehrer derselben ein Epigramm. Die Ausgabe von 1556 dürfte die erste und einzige sein.

Bibliographie.

Lindenblättchen *INSTITV-/tionis puerilis Ru/DIMENTA GRAMMATICES, [EX] 2)* / Donati methodo, et alijs Elementalibus libellis, [spar-]/sim adiecta Germanica explicatione sententiae pot [issi-]/morum praeceptorum, pro primò incipientib [us]/pueris, tradita à Joanne Mercurio / Morsheymero. D. JACOBVS MICYLLVS.

Grammatica cernens populum sine lege loquentem,
Teutona ut Atlantis uenit in arua nepos.
Hoc quoq; Pierijs, inquit, donabo puellis,
Et flexit Latijs Teutona uerba modis.
Res placuit Criticis, et nomine dictus eodem
Mercurio, fecit consona Mercurius.
Donatumq; prius Latio sermone docentem,
Teutonico iussit flectere uerba sono.

FRANCOFORTI EXCVDEBAT PE-/trus Brubachius,
Anno. 1556. / Titelnrückseite leer. — Blatt 2 mit Signatur A 2 Vorseite Widmung an Georg den Jüngeren Grafen zu Erbach mit der Zeitangabe: Vale, datae pridie Calend.

¹⁾ Sylvarum libri V. Frankfurt a. M. 1564. S. 292. Becker a. a. O. S. 88, Anm. *. — ²⁾ Das in Klammern Eingeschlossene ist in der Lesung unsicher, da dort das benutzte Münchener Exemplar verletzt ist.

Martij, Anno M. D. LVI.) — Vorseite des vorletzten Blattes: JOANNES POST GER-/mersheimensis in D. Joannis Mer- cu-/rij Morsheimeri preceptoris sui / colendissimi institutiones / pueriles. /

Si cupis in totum praeludia discere paucis
Grammaticae, Latio quaeris et ore decus:
Huc ades, huc rapido properes puer inclyte gressu,
Et uigili modicum perlege mente librum.
Quo pateat reliquas aditus tibi certas ad artes,
Si benè percipias haec elementa dabunt.
Nec facilè inuenies alibi (mihi crede) libellum,
Haec tibi qui tradat commodiore uia.
Quare age si speras fructus aliquando laborum,
Haec rudimenta tuo pectore conde puer.
Nam ueluti tectum, nisi fundamenta struantur,
Corruit, et stabilis non ualet esse domus:
Sic quoque, ni teneros praeceptis hisee per annos
Imbueris pectus, caetera deinde cadent.
Hinc tu Mercurio grates dic, atque precare,
Viuat ut is dulces, Nestoreosque dies.

Die Rückseite dieses Blattes und das folgende Blatt leer. Duodez, 192 n. gez. Blätter, Signaturen A 2 t — Z 5 + a — a 5 Antiquatype, deutsche Stellen in Schwabacher Type. München, Hofbibl. (Ling. lat. 567.)

Anlage.

Vorwort aus Joh. Mercurius Morsheimer, rudimenta gram- matices 1556).¹⁾

[Signatur A 4 Rückseite]. Hoc cum pro singulari eru- ditione, qua cum domino fratre excellit, et pro prudentia ac pie- tate animi summa, generosissimus comes dominus Eberhardus parens tuus satis intelligeret, inter multiplices alias suas curas tum privatas, tum publicas, et hanc quoque non minimam aut postremam esse uoluit (Signatur A5 Vorseite) etiam in mediis temporum horum turbis, ut uidelicet te literarum studio adhiberet, tibi que, cum per aetatis imbecillitatem adhuc, nondum ad publicas academias mitti commodè possis, doc-

¹⁾ Mit Auflösung der Abkürzungen des Drucks.

tissimum (quod inprimis requiritur) praeceptorem, cuius perspectissima esset fides animique pietas, adiungeret.

Meritò itaque magnificanda et vehementer admodum laudanda est voluntas et animi eius pietas, qua tuas operas in discendo olim ad communem omnium totius posteritatis, et tuam ipsius salutem, dignitatis paternae amplificationem, et ad ornandam et propagandam gloriam dei inprimis referri oportere gravissime admodum duxit. —

Tuam verò existimationem decet (cum singularia ex humanitatis studiis praeter domesticum generis splendorem ornamenta, summis hominibus dignissima, et in hac tanta ad interitum ruentis mundi ingratitude rarissima, petantur) in optimi patris tui voluntate acquiescere, et ingenti animo totisque viribus in id incumbere, ne vel tibi ipsi defuisse, vel domini parentis de te expectationi minus respondisse, aut (quod longè absit) in hoc vocationis tuae curriculo contra deum egisse videaris?

Sic tibi gnaviter operam in literis ponenti omnis verae sapientiae et scientiae autor Christus ipse, qui singulari sollicitudine adhibita serio pu- (Signatur A 5 Rückseite) eros ad se vocat, dexter adierit, tuaque studia dato spiritu sancto provehet, et insitam illam atque innatam ingenii vim, qua vales, bene fortunabit, tuumque vitae cursum ita gubernabit, ut brevi ex genere, literis et vera pietatis laude clarissimo patre in magnum inter caeteros comites et omnium virtutum ornamentis eximium virum excrescas, patriae, parentibus et ecclesiae dei utilis futurus sis, multosque alios natalium splendore superiores longè post te relinquant.

Hoc consilio nunc haec tenuissima latinae grammatices initia, quae ex Donati methodo et aliis elementalibus libellis, addita alicubi Germanica sententiae potissimorum praeceptorum explicatione desumpsi, et aditum ad domini et praeceptoris nostri d. Philippi Melanthonis institutionem grammaticam parare volui, ad te do, tum, ut mea qualicumque opera te foeliciter in literarum studiis primam operam ponentem cum praeceptore tuo d. Nicolao Deu meo optimo amico iuven, tum ut tua auctoritate et praesidio adversus obtrectatores et sycophantas tutus esse possim, quos in his qualibuscunque laboribus meis non defuturos esse scio, tum ut hac occasione

aliis quoque inserviam, quos similiter in literis detinendos esse pia parentum cura voluit.

Dicent haud dubiè non pauci, me iniquè facere, quod utilissima et tot seculorum autoritate iam firmata (Signatur A 6 Vorseite) usuque scholarum receptissima Donati praecepta mutare et de manibus puerorum excutere velim, cum ipse neque eo ingenio (si modo quod in me est), neque ea eruditione sim, ut aliquid melius tradere possim. — Quibus responsum breviter velim, me hoc nunquam in animum introduxisse, ut aut melius aliquid in medium adferre, aut Donati famam obscurare, vel debita sua laude defraudare aliquem vellem, sed me potius Donati methodo lucem aliquam addere cum multis doctis viris conatum esse. Deinde me ingenuè fateri, me non mea tradere, sed tantum in docendi ratione me meis pueris, quos erudiendos susceperam, accommodatam docendi viam ex omnibus aliis elegisse, quaedam pro arbitrio meo mutasse, aliqua addidisse, non pauca prorsus omisisse, et alicubi pro lucidiore in praeceptionibus proponendis interpretatione Germanicam sententiam adiecisse, ne quidquam desiderari in institutione puerili prima posset, quod aliquo saltem modo ad captum discentium faceret.

Nec verò cuiquam sum autor, ut vel hac vel aliqua alia docendi methodo utatur. Tantum abest, ut utilissima Donati praecepta de manibus puerorum excutere velim.

Debet hic Mercurii Donatus esse, quem qui (Signatur A 6 Rückseite) adhibere in docendo non vult, is sanè suo utatur ingenio. —

Non enim hic contendam, quae sit melior puerilium praeceptionum forma, sed quae sit meis maximè accommodata. Quod autem ita hanc methodum tradidi, ut passim nostrae linguae verba admiscerem, huius consilii mei praeter quotidianam experientiam, magnos habeo, quos sequar, autores.

Video enim in lingua Anglica idem a doctissimo viro Thoma Linacro, et apud nos in Germanica lingua a Joanne Rivio Attendoriense et plerisque aliis non sine fructu magno puerorum factum esse, ut in usum tenerae aetatis in re grammatica suae et pueris notae linguae verba admiscerent praeceptis, quo facilius et rectius omnia percipere illi possent, praesertim cum in perfecta praeceptorum sententia reddenda saepe etiam ab adulterioribus peccetur.

Nec vero editurus, sed tantum meis, quos praeter publicum docendi munus erudiendos suscepi, hanc meam operam qualemcunque scrutaturus eram, nisi me bonorum amicorum cohortationes ad id compulsissent, et nuper adeo Johannis Melchioris à Morssheym iunior filius Joannes Fridericus commovisset. —

(Signatur A 7 Vorseite) Rogabat enim me superiore anno parens Johannes Melchior per literas, cuius ante decennium ferè tres adultiores institueram filios, ut sibi de quodam probo et docto adolescente circumspicerem, qui parvulo adhuc et immaturae aetatis puero Joanni Friderico intra privatos parietes commodè praeceperet docendo posset.

Cum igitur viderem in tanto studiosorum, qui ad publicas academias confluunt, numero paucissimos reperiri (qui quidem huiusmodi conditiones propter fortunae tenuitatem suscipere solent) ad hanc rem idoneos, qui se à publicis studiis abstrahi paterentur, et plerosque, quos paupertas eo cogeret, non satis in re grammatica esse confirmatos, tantum abest, ut commodam docendi rationem tenerent, hanc velut viam *μη χειραγροσίαν* praescribere coepi, qua uti tum ego pro meis domesticis, tum illi possent, qui ad hunc puerum informandum mitterentur. —

Quia verò inter multiplices occupationes scholasticas saepius describere haec institutionis puerilis elementa non licebat, et ab aliis vitiosè descripta subinde emendare molestum erat, deduci me eò passus sum, ut invulgarem, idque sub tuo potissimum nomine, quem similis fere profectus in literis esse non multo ante cognoveram. Quanquam autem (Signatur A 7 Rückseite) ipse doctissimum habeas praeceptorem, cum quo arctissima mihi familiaritas intercedit, ne huius generis methodis magnopere indigeas, cum multo meliorem docendi rationem, proque tuo captu accommodatiorem excogitare is optime possit, tamen velut sponte currentem te incitare, et ceu calcar addere tibi visum est, tum ut maiore conatu certioreque proposito foeliciter coeptum studiosorum cursum urgeres, tum ut et tua et d. parentis existimatione huic in aedendo hoc scripto audaciae meae aliquid autoritatis accederet, meque vobis devinctissimum redderem, cum d. parentem alias propter singularem et raram eruditionem venerer et

admirer cum multis aliis doctis viris. Tuae vero generosae indolis est, ut qualemcunque libellum hunc tuo nomini dicatum hilari fronte suscipias, tuaeque humanitati et beneficentiae Mercurium tuum tui studiosissimum commendatum esse sinas. Quod si feceris, dabo operam, ut deo dante alias aliquid maius ad tuam praestantiam dare possim. Bene vale! Datae pridie Calend. Martii anno M. D. L. VI. —

Zeitschrift

für die

Geschichte des Oberrheins

herausgegeben

von der

Badischen historischen Kommission.

Neue Folge. Band X.

[Der ganzen Reihe 49. Band.]

Karlsruhe.
J. Bielefeld's Verlag.
1895.